

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1279 - 1280

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

apostolorum, sancti Stephani, sancti Laurentii et omnium martyrum, in festo sancte Katherine, sancte Margarete et omnium virginum, sancti Nicolay episcopi, sancti Augustini et omnium confessorum, in honore quorum fratres tria altaria habent consecrata, et in nativitate domini, in resurrectione domini, in ascensione domini, in die pentecostes, in festo omnium sanctorum sive in dedicatione ac anniversario dedicationis et per octavas eorum cum devotione accesserint, quadraginta dies criminalium et annum venialium, omnibus quoque, qui fratribus ad edificia ac vite necessaria manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis penitentiis relaxat. «loca sanctorum». datum Argentine anno domini 1279 in palacio nostro. 1279

10 *Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 6197 or. mb. c. sig. pend. delapso. Auf der Rückseite von gleicher Hand: indulgentia episcopi Argentinensis.

73. *Vertrag des Bischofs Konrad von Straßburg mit dem St. Arbogastkloster über gegenseitigen Erlaß von Abgaben. 1280 Januar 23.*

15 Humana providencia gesta hominum decrevit racionabiliter literis stabilire, ut eorum testimonio oblivionis tersa nebula cesset scrupulus et veritate cognita posteris litigiose tollatur materia questionis. hinc est quod, cum nos C[onradus] dei gracia episcopus Argentinensis de bonis episcopalibus sitis in bannis Strazburg, Kunigeshoven et Schiltkenin solveremus et solvere deberemus ab antiquo jure . . priori et

20 conventui monasterii sancti Arbogasti extra muros Argentinenses redditus annuos, qui dicuntur der niunde¹, et iidem prior et conventus vice versa nobis et ecclesie nostre Argentinensi de bonis ipsorum in bannis Biscovesheim Hönheim et Wiheresheim sitis et in curiam nostram Biscovesheim spectantibus annuatim decem et novem quartalia mensuralis^a annone et decem unceas denariorum Argentinensium solvere tenerentur, nos provida deliberacione prehabita, accedente voluntate et consensu capituli nostri Argentinensis, cum prefatis . . priore et conventu monasterii sancti Arbogasti convenimus et pertractavimus in hunc modum, quod ipsi bona nostra pre-

30 tacta de redditibus, qui dicuntur der niunde, simpliciter absolverunt et absoluta in perpetuum dimiserunt. nos autem vice versa bona eorum prefata a censu pretacto, qui hucusque nostre de eisdem bonis debebatur ecclesie, absolvimus et in evum dimittimus absoluta, confitentes nos et nostram ecclesiam Argentinensem in eisdem bonis eorum de cetero nullum jus habere nec habere debere. et si quod jus nobis in eisdem competeret, hoc presentibus resignamus expresse, provide pensantes, hinc inde bona utraque sic absolvi et absoluta dimitti utrique ecclesiarum predictarum magis

35 expedire, quam quod alternatim ad hujusmodi forent prestaciones sibi invicem obligate. in qua quidem alterna absolucione recognoscimus nos utrimque nullatenus fore defraudatos. nos . . prior et conventus monasterii sancti Arbogasti antedicti absolvi-

a) verbessert von späterer Hand in mansurnalis.

¹ Vergl. UB. I, 74 nr. 93.